



AD NOVORVM EX-

QVISITORVMQVE MATHEMA-

TICORVM INSTRUMENTORVM INDAGATO-

rem, virum honestissimum ornatissimumque DN. IOANNEM

FAVLHABERVM vt Logistam acutum ita Geome-
tram eximium Epigramma

IOANNIS REMMELINI PH. ET MED. DO-
CTORIS, COMPATRIOTÆ.



*VID tibi vis scribam? memorem quid carmi-
ne laudes*

Ipse tuas longo? non opus esse reor.

Nam quid Pythagoræ præstantius arte? quid optes

Maius, quam radij nosse latentis opus?

Quis non artificis suspexerit illius artes,

Qui specula lustrans optica tela vibrat?

Mirum te quod LANE potens Natura beavit!

Quò tibi retrusas perplacet ire vias!

Viuax ingenium! primis splendescis ab annis!

(At nequeunt quæ sunt magna latere diu.)

Hinc labor hic quid messis Lector amande? frequenti

Sedulus attretans experiere manu.

Si chymici lapidis miraculum dixero, falsus

Non videar? plus at nobilitatis habet.

Non tamen & facili sunt hæc inuenta labore,

Pròh quàm sollicitum condidit auctor opus!

B 2

Inge-